AUGUSTUS SECUNDUS DEI GRATIA REX POLONIÆ

Magnus Dux Lithvaniæ Russiæ Prussiæ Masoviæ Samogitiæ Kijoviæ Volhyniæ Podoliæ Podlachiæ Livoniæ
Smolensciæ Severiæ Czerniechoviæque Nec non Hæreditarius Dux Saxoniæ & Princeps ELECTOR &c.

Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Universis & singulis Quod cum Generosus Joannes Tworzyanski in fundo suo Hæreditario ex Villa Dryzynow dicta, in Pa-
latinatu Sita, Oppidum sub Titulo & Cognomine Tworzyanow erigere & locare intendat, supplicaretque Nobis, ut Eidem Consensum Nostrum Regium super hac
Erectione dare & concedere dignaremur NOS eo attento, quod ea frequentia & comm[illegible] Hominum plurimum redundare tam in Rempublicam Ornamenti, quam in Cives
emolumenti soleat, habito quoque meritorum ejusdem Gnosi Joannis Tworzyanski Nobis & Reipublicæ præstitorum respectu, facile illius supplicationi annuendum, Consen-
sumque Nostrum & facultatem prædictum Oppidum denovo erigendi, Incolasque locandi dandum & concedendum esse duximus prout quidem damus & Concedimus præsentibus
Literis Nostris atq dicto Oppido, ejusque Incolis tribuimus in Perpetuum Ius Teutonicum quod Magdeburgense dicitur, removendo ab eo omnia Iura Polonica Terrestria, modos & Consve-
tudines universas, quæ Ius Teutonicum perturbare consveverunt. Eximimus insuper dictum Oppidum Tworzyanow Ejusque omnes Incolas, ab omni Iurisdictione & Potestate Omni-
um & singulorum Palatinorum, Castellanorum, Capitaneorum, Iudicum & Subjudicum, & quorumvis Officialium Regni Nostri, ita ut Coram ipsis & eorum aliquo pro causis tam ma-
gnis quam parvis, quibusvis excessibus, vel rebus Citati, minime parere, & respondere & ob non Comparitionem & condemnationem quamcunque aliquas pœnas incurrere teneantur, sed Co-
ram Advocato suo protempore existenti Iure Teutonico respondebunt. Advocatus vero omnibus de se Conquerentibus coram memorato Generoso Joanne Tworzyanski Domino suo Hæreditario &
Ejus Successoribus Legitimis non nisi Iure Teutonico respondere tenebitur & debebit. In Causis autem Omnibus tam Civilibus quam Criminalibus seu Capitanealibus puta furti, Homicidij
membrorum mutilationis, Incendij, & quorumvis malefuciorum, excessuum & Criminum, eodem Advocato pro tempore existenti cum Scabinis Iuratis Oppidi prædicti Tworzyanow intra
metas & Limites Ejusdem Oppidi Iure Teutonico secundum dispositionem & formam illius, plenam damus & concedimus facultatem & Potestatem audiendi, Cognoscendi Iudicandi decer-
nendi, corrigendi, Condemnandi plectendi. Ut autem hocce de novo erectum Oppidum majora commoda, Hæreditarius quoque Dominus illius ex Erectione eadem, aliquod emolumentum
capere possit, Nundinas in eodem Oppido instituendas esse duximus, prout instituimus Præsentibus, nimirum Primas pro Die Dominica ante Festum Sancti Antonij Confessoris, Secundas
itidem pro Die Dominica ante Festum Sancti Adalberti Episcopi & Martyris, Tertias etiam pro Die Dominica ante Festum Sanctæ Rosæ, Quartas vero pro Die Dominica post Festum San-
cti Lucæ Evangelistæ, Septimanalia autem quavis Die perpetuis temporibus Celebrari permittimus. Pro quibus itaque Nundinis & Septimanalibus ad Oppidum supradictum
Tworzyanow perpetuis temporibus liberum & tutum erit hominibus cujuscunque Status Conditionis, Sexus, ritus atque Nationis, cum quolibet genere mercium confluere, ibidemque rite
& secure emere, vendere, res pro rebus, merces pro mercibus permutare, cæteraque negotia sua licita & honesta peragere. Venientes quoque ad supra specificata fora, & inde rursus descenden-



tes ea utantur securitate, qua omnes in Patrocinium Nostrum suscepti, Literis que Salvi Conductus Nostri communiti, uti consveverunt nisi forte tales fuerint
quos leges publicæ ferre non permittunt, & quibus bonorum hominum Consor- tium denegatur. Gaudebit quoque Oppidum, Tworzyanow dictum tanquam
novo erectum libertate ea qua Oppida noviter erecta ex præscripto Legum Re- gni gaudere solent, ad octo annos. excepta Contributione Capitali pro Stipen
dijs militaribus per Comitia Tractatus Varsaviensis Approbata juxta Ta- riffam Anni 1676. exolvi demandatis. In maiorem vero Gratiæ Nostræ Re-
giæ testificationem prædicto Oppido Tworzyanow, Stemma in perpetu- um damus & assignamus, nimirum: Arborem olivarum, suis fructibus re-
pletam, in Campo Ceruleo, in signum pacis & invariabilis prosperitatis prout hic pictoris manu delineatum Cernitur. Quo stemmate præfatum Op-
pidum in suis omnibus negotijs publicis & privatis libere utebuntur & gaudebunt. Iuribus Nostris Regalibus Reipublicæ Ecclesiæque Sanctæ
Romanæ Salvis semper manentibus In quorum fidem præsentes manu Nostra Subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus Datum
Varsaviæ Die XV. Mensis Aprilis Anno Domini MDCCXXX Regni vero Nostri XXXIII Anno.

AVGVSTVS SECVNDVS DEI GRATIA REX POLONIÆ

Magnus Dux Lithvaniæ Russiæ Prussiæ Masoviæ Samogitiæ Kijoviæ Volhyniæ Podoliæ Podlachiæ Livoniæ Smolensciæ Severiæ Czerniechoviæque Necnon Hæreditarius Dux Saxoniæ & Princeps ELECTOR &c.


Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Universis & singulis Quod cum Generosus Joannes Tworzyanski in fundo suo Hæreditario ex Villa Dryzynow dicta, in Palatinatu Sita, Oppidum sub Titulo & Cognomine Tworzyanow erigere & [illegible] intendat, supplicaretque Nobis, ut Eidem Consensum Nostrum Regium super hac Erectione dare & concedere dignaremur NOS eo attento, quod ea frequentia & comm[illegible] Hominum plurimum redundare tam in Rempublicam Ornamenti, quam in Cives emolumenti soleat, habito quoque meritorum ejusdem Gnosi Joannis Tworzyanski Nobis & Reipublicæ præstitorum respectu, facile illius supplicationi annuendum, Consensumque Nostrum & facultatem prædictum Oppidum denovo erigendi, Incolasque locandi dandum & concedendum esse duximus prout quidem damus & Concedimus præsentibus Literis Nostris atq; dicto Oppido, ejusque Incolis tribuimus in Perpetuum Jus Teutonicum quod Magdeburgense dicitur, removendo ab eo omnia Jura Polonica Terrestria, modos & Consuetudines universas, quæ Jus Teutonicum perturbare consueverunt. Eximimus insuper dictum Oppidum Tworzyanow Ejusque omnes Incolas, ab omni Jurisdictione & Potestate Omnium & singulorum Palatinorum, Castellanorum, Capitaneorum, Judicum & subjudicum, & quorumvis Officialium Regni Nostri, ita ut Coram ipsis & eorum aliquo pro causis tam magnis quam parvis, quibusvis excessibus, vel rebus Citati, minime parere, & respondere & ob non Comparitionem & condemnationem quamcunque aliquas pœnas incurrere teneantur, sed Coram Advocato suo protempore existenti Jure Teutonico respondebunt. Advocatus vero omnibus de se Conquerentibus coram memorato Generoso Joanne Tworzyanski Domino suo Hæreditario & Ejus Successoribus Legitimis non nisi Jure Teutonico respondere tenebitur & debebit. In Causis autem Omnibus tam Civilibus quam Criminalibus seu Capitanealibus puta furti, Homicidij membrorum mutilationis, Incendy, & quorumvis maleficiorum, excessuum & Criminum, eodem Advocato pro tempore existenti cum Scabinis Juratis Oppidi prædicti Tworzyanow intra metas & Limites Ejusdem Oppidi Jure Teutonico secundum dispositionem & formam illius, plenam damus & concedimus facultatem & Potestatem audiendi, Cognoscendi Judicandi decernendi, corrigendi, Condemnandi plectendi. Ut autem hocce de novo erectum Oppidum majora commoda, Hæreditarius quoque Dominus illius ex Erectione eadem, aliquod emolumentum capere possit, Nundinas in eodem Oppido instituendas esse duximus, prout instituimus Præsentibus, nimirum Primas pro Die Dominica ante Festum Sancti Antonij Confessoris, Secundas itidem pro Die Dominica ante Festum Sancti Adalberti Episcopi & Martyris, Tertias etiam pro Die Dominica ante Festum Sanctæ Rosæ, Quartas vero pro Die Dominica post Festum Sancti Lucæ Evangelistæ, Septimanalia autem quavis Die perpetuis temporibus Celebrari permittimus. Pro quibus itaque Nundinis & Septimanalibus ad Oppidum supradictum Tworzyanow perpetuis temporibus liberum & licitum erit hominibus cujuscunque Statûs Conditionis, Sexûs, ritûs atque Nationis, cum quolibet genere mercium confluere, ibidemque ritè & secure emere, vendere, res pro rebus, merces pro mercibus permutare, cæteraque negotia sua licita & honesta peragere. Venientes quoque ad supra specificata fora, & inde rursus descendentes ea utantur securitate, qua omnes in Patrocinium Nostrum suscepti, Literis que Salvi Conductûs Nostri communiti, uti consueverunt nisi forte tales fuerint quos leges publicæ ferre non permittunt, & quibus bonorum hominum Consortium denegatur. Gaudebit quoque Oppidum, Tworzyanow dictum tanquam novo erectum libertate eâ qua Oppida noviter erecta ex præscripto Legum Regni gaudere solent, ad octo annos. excepta Contributione Capitali pro Stipendijs militaribus per Comitia Tractatûs Varsaviensis Approbata juxta Taxam Anni 16[illegible]6. exolvi demandatis. In maiorem verò Gratiæ Nostræ Regiæ testificationem prædicto Oppido Tworzyanow, Stemma in perpetuum damus & assignamus, nimirum: Arborem olivarum, suis fructibus repletam, in Campo Ceruleo, in signum pacis & invariabilis prosperitatis prout hic pictoris manu delineatum Cernitur. Quo Stemmate præfatum Oppidum in suis omnibus negotijs publicis & privatis libere utebuntur & gaudebunt. Juribus Nostris Regalibus Reipublicæ Ecclesiæque Sanctæ Romanæ salvis semper manentibus In quorum fidem præsentes manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus Datum Varsaviæ Die XV. Mensis Aprilis Anno Domini MDCCXXX. Regni vero Nostri XXXIII. Anno.



Augustus Rex

Erectio Oppidi Tworzyanow ex Villa Dryzyna dictt. in Pttu. Sitt & jacent Hæreditaria Gnosi Joannis Tworzyanski

Adamus Stanislaus Grabowski S. Regiæ M.tis Secretarius



180.